

quam promptissime prestitissem. Expecto igitur ut  
quae sint imbecillitatis meae benignior imperet, qui  
si admittere tuis consiliis (ut absolvam, unde principium  
dedi) testor novo me, atque iterum gratiore beneficio  
obstrictum iri. Vale vir Amplissime et me ama  
Hagae Non: Maij CIDIDCXLV.

Bivium Puteani, ab ipso acceperam,  
gratum nihilominus fuit ab hac secundâ  
manu.

Benemerico Amplissime ac Doctissime viri. (381)

Ad epistolum tuum non crediti respondendum incon-  
nento Principe. Conueni autem hodie cum eâ virtutis  
tuae commemoratione, quam et ei debere me intellexi,  
et amicitiae quam inuicem profitemur. Ille vero se  
rem omnem ait ordinibus detulisse. Ut porro Hagae  
scias oculos conuertendas esse, non in Flandriam.  
Verosimile est tamen, nihil ibi decretum iri Principe  
inconsulto, variisque mediis oblati; proinde ut  
de offerendorum numerosis, amicis Hagensibus com-  
mittendum est, quorum non unos ex tēlex habeas  
facili negotio quod voles, consequeris. Si quidem  
res huc redeat, experieris utique quam officio non  
desuerim, nec veritati. Vale. Scribo festinans, Felicitas  
in castris III. Cal: Jul: CIDIDCXLV.

Sunt hic quorum interest quam  
ociissime certiores fieri, si quid humanitas  
Casembrotio, quod uelim, accidat. Rogo  
illorum nomine, ut eo casu protinus  
Tabellarium ad me ableges. impensa  
michi cura erit.

Benemerico. Amplissime viri. (382)

Non est magnopere quod subjungam iri, quas ad Epoptas  
vestros rescribo. Nisi quod suspicor Principem, cot-  
lata Archiatriâ castrensi ordinariâ, facile sibi ~~peruenire~~  
quempiam.

quempiam extra ordinem et suo aere assumpturum, quod non ausim asserere tamen. de te nescio quis fuerit, qui quid Bacchici intersevit. quod factum nolim. Tu manda, si quid porro curatum velis, sum enim

Totus tuus.

Hestinus in Castris  
O. Echeolo XIV. Cal. Aug.  
CICIDCXLV.

J. van der Burgh.

Ante diem decretorium, quo, quem designas Rufum, <sup>(383)</sup> comini gravit hinc unde τὸ γινώσκειν σεαυτὸν descendisse memoria proditum est, aut quo esuriens Graeculus ibit, si iusteris placuit ~~Hen~~ <sup>Hen</sup>rico dei Gratia de tam gratiosum me habere, ut statuerit viduo non facili <sup>nonis nuptiis</sup> novum Collegam dare. Num oblectatus sim, tu conicies. Mihi videntur veteres appellasse plus dapis, et risu multo minus. <sup>proinde</sup> Quis respondere tibi tute possit ad ea, quae hujus argumenti scribebas. Eodii XV. Cal. Sextil. super vacuum sit monere. Itaque tu vale multum, et multum excidisse mihi his castris scito rerum Musicarum ad pietatem maxime spectantium, et quibus nisi fallor, aliquando te capi sines, quasi ostreis vescaris è Lucrino lacu, ut quidem Suavi Suavis videtur, harum mercium longe perditissimo Genovi, aut honestius proxenetae. Scribe in Castris Malbegh. Nonis Sextilib:

CICIDCXLV.

Jacobo Pilio.

Amplissimo Doctissimoque Viri  
Jacobo Pilio.

Senatori Dordraceno

Const: Augenis

Sal:

<sup>(384)</sup>  
De Munere Posthumo, et quasi ex praestantissimi Patris tui fideicommissio, in saeculum transmissio, gratum est Viri Amplissime, quam quod maxime. Ille mihi in eorum censu, quos cum duobus Janes, secundo Douzaque filio, acerbo sibi fato ereptos, Batavia jure suo aeternum dolitura est. Amicorum Album, mea quod nigrescere